

honorum grados ad hos | [e]um dignitatum apices provexerunt, | decretis provinciae Phoenices sententia divina firmatis dd. nn. Constanti et | Constantis aeternorum principum, ordo Berytiorum statuam | sumptibus suis e[x] aere locatam | civili habito dedicavit.

Beryti rep. (III 167 cf. p. 971 descripserunt Thomson et Waddington). — 1) Praefectus praetorio fuit Leontius a. 338 (cod. Theod. 9, 1, 7) et a. 342—344 (cod. Theod. 1, 3, 4, 7, 9, 2, 9, 21, 3, 11, 36, 6, 12, 1, 33, 13, 4, 3), consul ordinarius a. 344. Huic Flavii nomen fuisse ostendit C. X 478; Domitii nomen accessit ex cod. Theod. 9, 1, 7.

1235 largitate dd. nn. pp. Augg. | Constanti et Constantis¹, | Ceionio Italico clarissimo | atque consulari viro², eximio ac singulari virtutum | omnium, ob merita erga se | et provinciam continentiae patientiae | fortitudinis liberalitatis et amoris in omnes | praecipui, ordo felicitatis | coloniae Constantinae et provincia Numidia patrono posuit.

1236 iussione venerabili | dd. Augg. que nn. | Constanti [et Constant]antis¹ | Ceionio Italico v. c. et consulari², continentiae integritatis patientiae aequitatis | adque honorificentiae singulari ac praecipuo viro, | statuam aeneam ad petiitum suum et provinciae ordo coloniae Milevitanae in foro Constantinae civitatis, | ubi honorificentius erigendam credidit, patrono | posuit.

Constantinae (VIII 7012. 7013 vidit Wilmanns). — 1) A. 340—350. Constantis nomen erasum est (cf. supra N. 729), sed in altero titulo legi potuit. — 2) Videtur fuisse consularis Numidiae (cf. cod. Theod. 1, 13, 3, ubi tamen nomen corruptum est vel certe editur; Renier bull. Inst. arch. 1860 p. 20).

1237 singulari auctoritatis splendore pollenti admirabilisque eloquentiae benivolentiae felicitate glorioso, cunctarumque dignitatum fastigia faborabili moderatione iustitiae supergresso, Vulcacio Rufino¹ v. c., cons. | ordin.², praef. praetorio³, comiti | per Orientem, Aegypti et Mesopotamiae, | per Aesadem⁴ vice sacra iudicanti, | comiti ordinis primi intra consistorium, Numidiae consulari⁵, pontifici maiori, | ob innumrabiles sublimis benignitatis titulos | Ravennates monumentum perennis | memoriae in vestibulo domus statuali veneratione dicaverunt ut.⁶

Romae rep. loco antiquo, ibi ubi fuit domus Vulcicii Rufini, in monte Quirinali, ubi dicitur via Modena (Lanciani Bull. corr. 1883 p. 233, 1884 p. 45, Notizie 1884 p. 40. 190), litteris malis (pro L, F, T, passim est I). — 1) Avunculus Galli Caesaris, Amm. Marc. 14, 11, 27. — 2) A. 347. — 3) Cf. supra N. 727. — 4) pasdem lapis. — 5) Propter administrationem Numidiae patronus cooptatus esse videtur a Thamugadensibus (VIII 2403). — 6) Dele ut.

1238 Triturrii. | M. Nummio Albino v. c. | quaestori candidato, | praetori urbano, comiti | domestico ordinis primi et | consuli ordinario iterum¹, | Nummius Secundus eius.

Romae (VI 1748 vidit Bormann). — 1) Titulus positus esse videtur Albino consuli ordinario a. 345; is iterum consul ordinarius factus est fortasse, ut coniecit